1

DE

# PROSODIA MEDICA,

SIVE

## DE RECTA VERBORUM IN MEDICINA USITATORUM PRONUNTIATIONE.

DISSERTATIO

INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI

PRO GRADU

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE

RITE IMPETRANDO

*DIE XXVII. M. JUNII A. MDCCCXXVIII.*

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

JAC. SAM. LOEWENSTEIN.

LESNENSIS.

OPPONENTIBUS:

A. DESBERGER, MED. COHORT.
A. LOEWENSTEIN, MED. ET CHIR. D.
L. GOTTHEIL, MED. ET CHIR. DD.

BEROLINI,

TYPIS FEISTERIANIS ET EISERSDORFFIANIS.

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

Longa profecto materia est, si quis de mensura syllabarum recte velit pleneque dicere. Quo magis accepta debet eorum opera esse, qui ad has quaestiones diligentiam suam conferunt.

HERMANNUS.

Universitäts
München
Bibliothek

PATRI OPTIMO, DILECTISSIMO

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

SUMMAE PIETATIS

GRATISSIMIQUE ANIMI SIGNUM

D. D. D.

**FILIUS.**

# Praefatio.

Credo ego, vos, lectores, mirari, quod juvenis rem adeo difficilem, de prosodia medica scribere sim ausus. Prosodiam vero, proh dolor! a multis artis medicae cultoribus saepe prorsus negligi, mecum reputanti, thema illud omnino operae pretium mihi visum est. Quis enim non justo commoveatur dolore, si haec verba ita pronuntiari auribus percipiat? herpes exēdens, os coccy̆gis, epŭlis, parŭlis, ephēlis, petroselĭnum, obstĭpus, irrĭtans, strobĭlus, gastrorrhăphe, errhĭna, laudănum, prognŏsis, chlorŏsis, exostŏsis, hydrothĭon, diurĕsis, diaphorĕsis. stomacăce, curcŭma et s. p.

Quisque prosodiae atque literarum Graecarum peritus, persuasum sibi habebit, verba illa hoc modo esse pronuntianda: herpes exĕdens, os coccȳgis, epūlis, parūlis, ephēlis, petroselīnum, obstīpus, irrītans, strobīlus, gastrorrhăphe, errhīna, laudănum, prognōsis, chlorōsis, exostōsis, hydrothīon, diurēsis, diaphorēsis, stomacăce, curcūma, pastināca.

Hac de causa opus, mea saltem opinione, haud prorsus inutile, suscipere sum ausus, dissertationem de prosodia medica, quantulamcunque, conscribere. In opusculo vero elaborando hunc secutus sum ordinem: In sectione I^a^ regulas nonnullas prosodiam medicam spectantes, tam generales, quam speciales, exposui. Sectio secunda ordine alphabetico verba continet in medicina obvia, in quibus forsitan peccari possit. Sed ut eo melius syllabarum cognoscatur quantitas, regulas prosodicas non solum fere semper citavi, sed originem quoque verborum e lingua Graeca oriundorum et versus denique plurimos ex auctoribus classicis, tam Graecis, quam Romanis, addidi, ex quibus verborum quantitas intelligatur, necesse est.



Voces vero ex omnibus artis medicae partibus, ex anatome, botanice, chemia, zoologia, mineralogia, pathologia et therapia eligenda mihi esse videbantur.

Restat, ut hoc loco mentionem rei, maximi certe momenti, faciam: „*accentus Graecos nullam in pronuntiationem verborum, praesertim eorum, quae in linguam recepta sunt, latinam, vim exercere.*“ Accentum quantitatem syllabarum minime mutare posse, quis est, qui inficias eat? Confer celeberrimorum Grammaticorum opera et omnes, idem in hac re judicium ferre, persuasum tibi habebis. His constitutis, non legendum est diúrēsis, sed diurḗsis (διουρησις) non prognōsis sed prognṓsis (προγνωσις). —

Non possum, quin hoc loco fratri dilectissimo Alberto Loewenstein Dr., qui egregiis animadversionibus de hoc opusculo optime meritus est, gratias agam plurimas.

Haec sunt, quae disputatiunculae meae

praemittenda esse putavi. Caeterum tantum abest, ut laudem inde mihi esse redundaturam sperem, ut veniam indulgentiamque virorum doctorum implorem eosque orem, ut ea, quae minus exacte a me fuerint concinnata, imperitiae juvenili temporisque angustiis condonare velint.

---

## Auctores.

Est autem benignum ut arbitror, et plenum ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris. (Plin.)

Homeri Ilias et Odyssea ed. Fr. Aug. Wolf. Lips. 1817.

Teocriti Idyll. ed. Schaefer. Lips. 1810.

Nicandri Theriaca et Alexipharmaca ed. Shneider. Argentorat. 1776.

Dioscoridis opera c. commentario Matthiol. 1598.

Th. Nonni Dionysiaca ed. Moser. Heidelb. 1809.

Claud. Galeni opera ed. Chartier. Paris 1660.

Joann. Chr. Wernsdorf poët. latin. minor. Altenb. 1780.

C. Plinii hist. nat. ed. Joann. Hardouinus. Paris 1748.

Q. Horatii Flacci opera ed. Wetzel. Liegn. 1799.

Publ. Virgilii Maronis Aeneis, Georgica, Bucolic. ed. Heyne. Lips. 1815.

P. Ovidii Nasonis opera ed. Heinsius Lips. 1758.

Sext. Aurel. Propertii carmina ed. C. Lachmann. Lips. 1816.

Albi Tibulli carmina ed. Heyne Lips. 1798.

D. Magn. Ausonii Mosella ed. Wernsdorff. Altenb. 1780.

Q. Sereni de conservanda valetudine praecepta saluberrima ed. Ackerm. Lips. 1785.

Dec. Jun. Juvenalis Satyr. ed. Ruperti. Lips. 1801.
M. Martialis epigrammata. Mannh. 1782.
Fracastor, Syphilis s. de morbo gallico. Paris. 1753.
Schola Salernitana, s. de conserv. valet. praecept. metrica. Roterod. 1667.
Olai Borrichii lingua pharmacopoeorum. Hafn. 1760.
Stephan. Blancardi lexic. medic. ed. Isenflamm.
Morell, Thesaurus poës. graec. ed. Maltby 1815.
Beckmann, lexicon botanicum. Götting. 1801.
De Théis glossaire de botanique. Paris 1810.
L. A. Kraus kritisch-etymol.-medicin. Lexic. Götting. 1821.
Boehmer lexicon rei herbariae. 1802.
Gerard. Joann. Vossius etymologic. ling. latin. Amstelod. 1662.
Mat. Martinii lexic. philolog. praecipue etymologic. 1655.
Schneider griech. deutsch. Lexicon. Lips. 1797.
Riemer griech. deutsch. Wörterbuch. Jena 1823.
Linné philosophia botanica. 1770.
J. J. Bernhardi Handbuch d. Botanik. Erfurt 1804.
Fr. Aug. Wolf. literar. Analect. Berlin 1816.
J. Claji prosod. latin. et graec. Vitebergae 1591.
Dr. Fr. Spitzner. Versuch einer Anweis. zur griech. Prosod. Gotha 1821.
Buttmann ausführlich. griech. Sprachlehre. Berl. 1817.
Zumpt lateinische Grammatik. Berlin 1827.

# Sectio prima.

## Regulae prosodiam medicam spectantes.

§. 1.

Hic de penultimae syllabae solummodo quantitate agitur, quae, si longa est, accentum habet, si brevis, in antepenultimam transfertur accentus. v. c. prognōsis, ărbŭtus.

§. 2.

Omnis syllaba hoc signo (-) notata, longa est, s. producitur; hac vero nota (◡) designata, brevis, s. corripitur.

§. 3.

Vocalis ante vocalem brevis est in Latinis; v. c. bractĕa, exceptis vocibus iis, quae ex Graeco derivatae, diphthongum, aut vocalem longam habent, v. c. hydrothīon, ὑδροθείων, entozōon, ἐντόζωον.

§. 4.

Positio, i. e. si vocalem duae consonantes vel duplex sequuntur, syllabam reddit longam; ut: caprīzans, excipe tamen mutam: b, p, c, d, t, cum liquida: l, m, n, r, ut: cerĕbrum.

§. 5.

*E* ex graeco ε corripitur; v. c. Trichĕchus, τριχεχος; *e* ex η vel ει producitur v. c. Aristolochīa, ἀριστολοχεια, melicēris, μελικηρις.

§. 6.

*O* ex graeco ο breve est, v. c. Acŏrus, ἀκορος; *o* ex ω longum, ut: trigōnus, τριγωνος.

§. 7.

*U* ex graeco ου longum; v. c. epūlis, ἐπουλις, curcūma, κουρκουμα.

§. 8.

Verba in acus, aca, acum, et ucus, uca, ucum, exeuntia, penultimam producunt; v. c. cloāca, guajācum, lactūca; exc. amarăcus, dipsăcus, taraxăcum et verba in iacus, v. c. maniăcus.

§. 9.

In vocibus in icus, ica, icum penultima corripitur, v. c. agarĭcus, carĭca, tritĭcum, exc. antīcus, postīcus, umbilīcus, lumbrīcus, caprifīcus, urtīca, vesīca, myrīca, formīca.

§. 10.

Verba in anus, ana, anum, et enus, ena, enum, penultimam producunt, v. c. bardāna, olecrānum, sagapēnum, excipe laudănum, raphănus, platănus, castănum, olibănum, tympănum, tetănus, origănum, orgănon, abrotănum, choăna, cyănus, galbănum, ptisăna, lapsăna et mănus cum compositis, v. c. quadrumănus.

§. 11.

Verba in inus, ina, inum penultimam habent longam v. c. gelatīna, mediastīnum, scarlatīna; exc. acĭnus, fraxĭnus, ricĭnus, machĭna et ea, quae a nominibus rerum non animatarum derivantur ut: cristallĭnus, therebintĭnus, balsamĭna, adamantĭnus.



§. 12.

Verba in arus, ara, arum et urus, ura, urum, penultimam producunt v. c. amārus, natūra; exc.: asărum, hedysărum, acărus, rhabarbărum, cinăra, eschăra, farfăra, cammărum, purpŭra et adjectiva a verbo pario formata, ut: ovipărus, primipăra.

§. 13.

Verba in ivus, iva, ivum penultimam producunt, v. c. olīva, satīvus, salīva, gingīva.

§. 14.

Verba in olus, ola, olum, et ulus, ula, ulum, penultimam producunt, ut: malleŏlus, inŭla, excipe Graeca in ουλος (§. 7.) et: cucūlus.

§. 15.

Genitivi in icis penultimam corripiunt, v. c. cortex, cortĭcis, salix, salĭcis; exc. vibex, vibīcis, radix, radīcis, cervix, cervīcis, varix, varīcis, spadix, spadīcis.

§. 16.

Substantiva in igo penultimam habent longam; v. c. vertīgo, lentīgo, intertrīgo.

§. 17.

Voces in amen, omen et umen penultimam producunt, v. c. putāmen, abdōmen, bitūmen excipe cyclămen.

§. 18.

Substantiva in imen a conjugatione tertia formata,

penultimam corripiunt, v. c. regĭmen a regĕre, a quarta conjugatione derivata, producunt ut: lenīmen a lenīre.

§. 19.

Verbalia in itus quantitatem supini sequuntur, v. c. sonĭtus (der Schall) a supino sonĭtum; audītus (das Gehör) a supino audītum.

§. 20.

Verba, quae terminantur in color, ferus, fidus, gyne, jugus, lobus, phorus, tomus penultimam corripiunt v. c. tricŏlor, trilŏbus, epigy̆ne etc.

§. 21.

Verba in asis penultimam corriipunt v. c. metastăsis.

§. 22.

Verba in ema et esis (ημα, ησις) penultimam producunt v. c. Empyēma, (εμπυημα) diaphorēsis, (διαφορησις) excipe emĕsis (εμεσις), parĕsis (παρεσις), thĕsis (θεσις), cum compositis; v. c. diathĕsis et genĕsis (γενεσις) cum compositis v. c. epigenĕsis.

§. 23.

Verba in osis (ωσις) penultimam longam habent, v. c. prognōsis (προγνωσις), amaurōsis (αμάυρωσις), excipe: dŏsis (δοσις), cum compositis v. c. ecdŏsis (εκδοσις).

§. 24.

Stubstantiva in oma (ωμα) penultimam producunt; v. c. trichōma (τριχωμα), symptōma (συμπτωμα).

§. 25.

Verba in ysis penultimam corripiunt; v. c. haemopty̆sis, apophy̆sis.

---

# Sectio secunda.

**Abdōmen**, penultima producitur; cf. §. 17.

Montani quoque venter adest abdōmine tardus. JUVENAL.

**Abrotănum**, penultima corripitur, ἀβροτονον cf. §. 10.

Μηδε συ γ' αβροτονου επιληθεο, μηδε τε δαφνης. NICAND. THERIAC. v. 574.

Navem agere ignarus navis timet, abrotănum aegro HORAT. EPIST. II. 1. 144.

**Achillēa**, pen. prod. Αχιλλεια βοτανη. PLIN. cf. §. 5.

Stirpis Achillēae fastus juvenumque superbum. VIRG. AEN. III. 326.

**Achōres**, pen. prod. αχωρες. cf. §. 6.

Protinus informes totum per corpus achōres. FRACASTOR. SYPHILIS I.

**Aconītum**, pen. prod. ακονῖτον. cf. Spitzner. prosod. §. 188. 4.

Πυνθεινης ακονῖτον, ο δη ρ' Αχερωιδης οχθαι. NICAND. ALEXIPH. v. 12.

Lurida terribiles miscent aconīta novercae. OVID. METAM. I. 2.

**Acŏrus**, pen. corr. ακορον cf. §. 6. et Dioscorid. I. 1.

**Acotylēdon**, pen. prod. ακοτυληδων cf. cotylēdon et §.3.

**Aethiops**, **Aethiŏpis**, pen. corr. αιθιωψ, αιθιοπος ab αιθω comburo, et ωψ facies, cf. §. 6.

Aethiŏpum versemus aves subsidere cancri. VIRG.

**Agarĭcus**, pen. corr. αγαρικον, cf. §. 9.

Agarĭcum, asarumque potens, aloen, aconitum
VINDICIAN. v. 55.

**Agāve**, pen. prod. αγαυη.

Adspice, mater, ait, visus, ululavit Agāve. OVID. METAM. III. 725.

**Ajŭga**, pen. corr. Vosssius in etymol. lat. corruptum putat ex Abĭga, quia abigit partus.

**Aizōon**, pen. prod. ex αει et ζωον, i. e. sempervivum. cf. §. 6.

**Allantoīdes**, pen. prod. αλλαντοειδης ab αλλας, αντος farcimen et ειδος forma. cf. §. 6.

**Alŏe**, pen. corr. αλοη. cf. §. 6.

Ινδοιης αλοης δονακυτρεφες ερνος αρουρης. NONN.
Plus alŏes quam mellis habet. JUVENAL.

**Amarăcus**, pen. corr. αμαρακος. cf. §. 8.

Καρπον αραιοτερης μαλα δ' αν και αμαρακος ειη.
NICAND. THER. 575.

Idaliae lucos, ubi mollis amarăcus illum.
VIRG. AEN. I. 693.

**Amaurōsis**, pen. prod. αμαυρωσις. cf. §. 23. Saepissime in pronuntatione verborum in: osis peccatur. Semper eorum penultima est producenda.

**Amōmum**, pen. prod. αμωμον, ab α privat. et μωμον, vitium, quasi maculae expers cf. Voss. etymol. latinum.



Ταν ουδ' αν τις αμωμος επει χ' Ελενα παρισωθη.
THEOCR. XVIII, 25.

Occidet. Assyrium vulgo nascetur amōmum.
VIRG. ECLOG. IV, 25.

**Anamnēsis**, pen. prod. αναμνησις. cf. §. 22. Etiam verba in: esis saepissime male pronuntiantur. Nunquam eorum penultima corripi potest; exc. parĕsis, emĕsis, genĕsis, thĕsis.

**Anchylōsis**, pen. prod. αγχυλωσις. cf. §. 23.

**Anemōne**, pen. prod. ανεμωνη, a graeco ανεμος, ventus.

Αλλ' ου συμβλητ' εν τι κυνοσβατος ουδ' ανεμωνα.
THEOCR. V, 92.

**Anēthum**, pen. prod. ανηθον. cf. §. 5.

Χλωραι δε σκιαδες μαλακω βριθουσαι ανηθω.
THEOCR. XV, 119.

Aut illam pulvis tosti relevabit anēthi. Q. SEREN. v.280.

**Anīsum**, pen. prod. ανισον ab α privativ. et ισος aequalis, sic dictum ab inaequalite seminum.

Τον δε και ανισοιο το διπλοον αχθος αειρας.
NICAND. ALEXIPH.

Emendat visum, stomachum confortat anīsum.
SCHOL. SALERNIT.

**Anthĕlix**, pen. corr. ανθελιξ, ab αντι et ελιξ. cf. §. 5.

**Anthĕmis**, pen. corr. ανθεμις, ab ανθεω, floreo. cf. §. 5.

**Antirrhīnum**, pen. prod. αντιρρινον, ab αντι, contra, et ρις, ρινος.

Ρινα παρ' οφθαλμον, λευκους δ' επερησεν οδοντας.
HOM. IL. V, 291.

**Antisialagōga**, pen. prod. ab αντι contra, σιαλον saliva, et αγωγον, agens, pellens. cf. §. 6.

**Antitrăgus**, pen. corr. αντιτραγος. cf. BLANC. LEX. MED.

Αρνειους τε τραγους, τε βαθειης εκτοθεν αυλης. HOM.

**Arbŭtus**, penultima corripitur. cf. VIRG. GEORG. II, 520.

Glande sues laeti redeunt, dant arbŭta silvae.

**Arcānum**, pen prod. cf. §. 10.

Hoc opus arcānis, si credam postmodo Musis. CAESAR. AD. ARAT. PHAEN. 441.

**Aristolochīa**, pen. prod. αριστολοχεια, optima puerperis. cf. §. 5. cf. DIOSCORID. III, 4. PLIN. XXV, 8. VOSS. ETYMOL. LATIN.

Εν μεν αριστολοχεια και εριδας εν δε τε ναρδον.
NICAND. THER.

**Arthrocăce**, pen. cor. ab αρθρον, artus et κακος malus.

Νυν μεν δη μαλα παγχυ κακος κακον ηγηλαζει. HOM.

**Arytaenoīdes**, pen. prod. αρυταινοειδης. cf. §. 5.

**Asărum**, pen. corr. ασαρον. cf. DIOSCORID I. 9 et §. 12.

Agaricumque asărumque potens, aloen, aconiton.
VINDIC.

**Ascăris**, pen. corr. ασκαρις, ab ασκεω, ασκαριζω, moveo.

**Asparăgus**, pen, corr. ασπαραγος ab α priv. et σπειρω, σπαρω, semino, quia sponte crescat. cf. BLANCARD. LEX. MED.

Ραμνον τ' ασπαραγους θαμνιτιδος ηδ' οσα πευκει.
NIC. ALEX. 883.

Asparăgis, qua despiciat convivia cauda.
JUVEN. SATYR.

**Asphodĕlus**, pen. corr. ασφοδελος. cf. §. 15.

Ηϊσαν αιψα δ' ικοντο κατ' ασφοδελον λειμωνα. HOM.

**Atrŏpa** pen. corr. ατροπα, ab α priv. et τρεπω, verto, quae averti nequit, sc. a morte. cf. LINN. PHIL. BOTANIC.



Atrŏpos et patrius lauros promisit Apollo.
SIL. ITAL. IV, 8.

**Avēna**, pen. prod. cf. §. 10.

Infelix lolium et steriles dominantur avēnae.
VIRG. GEORG. I, 145.

**Ballōta**, pen. prod. βαλλωτη a βαλλω jacio, repello, ob odorem foetidum sic nominata. cf. DIOSCORID. et PLIN. cf. §. 6.

**Balsamīna**, pen. corr. βαλσαμινη. cf. §. 11.

**Bardāna**. Dicta videtur a bardo, quia cantores olim lappae foliis faciem obvelabant. Pen. prod. ex analogia, primus, primāna, quintus, quintāna. cf. §. 10. cf. BORRICH. LINGUA PHARMAC., BECKM. LEX. BOTAN.

**Bicŏlor**, pen. corr. a cŏlor. cf. §. 20.

Myrtea silva subest bicŏloribus obsita baccis.
OVID.

**Bolētus**, pen. prod. Secundum derivationem ex graeco βολῖτος corripi quidem deberet. Sed a Romanis producitur.

Bolētus domino, sed qualem Claudius edit.
JUVEN. V, 147.

**Bractĕa**, pen. corr. cf. §. 3.

Ilice sic leni crepitabat bractĕa vento. OVID.

**Bulīmus**, pen. prod. βουλῖμος, a βους, bos et λῖμος fames i. e. edacitas bovina. cf. BLANCARD. LEX. MED. ED. ISENFLAM.

Βουλῖμος ιστ' ανθρωποις, οτι βουλει λεγε.
ALEXIS AP. ATHEN. 164.

**Butŏmus**, pen. corr. βουτομος, a βους et τεμνω (τομω) seco, quia avide a bobus expetitur. cf. VOSS. ETYMOL. LATIN. et §. 6.

*Ἐνθεν βουτόμον ὀξυ βαθυν τεταμοντο κυπειρον.*

THEOCRIT. XIII, 35.

**Butȳrum**, pen. prod. βουτυρος a βους et τυρος, caseus, s. coagulum. cf. VOSS. ETYM., BLANCARD. LEX. MED.

Leniter humectat, solvit sine febre butȳrum.

SCHOL. SALERT.

Saepe etiam corripitur penultima. v. c. butўrum.

**Calămus**, pen. corr. καλαμος.

Nec non et calămi radix lapathique legumen.

Q. SEREN. 369.

**Cammărus**, pen. corr. καμμαρον, v. c. aconitum cammărum. cf. §. 12.

Sed tibi dimidio constrictus cammărus ovo.

JUVEN. SATYR. V.

**Camphŏra**, pen. corr. Graeci enim recentiores καμφοραν eam vocant. cf. §. 6.

**Cadūcus**, pen. prod. cf. §. 8.

Qui primi fuerint pullo crescente cadūci.

Q. SEREN. 1041.

**Cannăbis**, pen. corr. κανναβις. cf. VARR. DE RE RUST. I, 23.

Tibi torta cannăbe fulto Coena sit in transtro.

PERS. V, 146.

**Canthăris**, gen. ĭdis pen. corr. κανθαρις, ιδος.

*Μη μεν κανθαριδος σιτηβορον ευτ' αν οδωδη.* NIC. ALEU.

Canthariďum succos dante parente bibat. OVID.

**Caprifīcus**, pen. prod. cf. §. 9.

Innata est, rupto jecore exierit caprifīcus.

PERS. SAT. II.

**Caprīzans**, pen. prod. v. c. pulsus caprizans. cf. §. 4.



**Carĭca**, pen. corrip. cf. §. 9. Derivandum est vocabulum a Caria, ubi magna earum copia. cf. VOSS. ETYMOL.

Hic nux, hic mixta est rugosis carĭca palmis.

OVID. METAM. VIII, 674.

**Cathĕter**, pen. corr. καθετερ a καθιημι immitto. cf. §. 5.

**Centaurēa**, pen. prod. κενταυρεια. cf. §. 5.

Cecropiumque thymum et grave olentia Centaurēa.

VIRG. GEORG. IV, 270.

**Cerăsus**, pen. corr. κερασος.

Ut cerăsis ulmisque etiam Parnasia laurus.

VIRG. GEORG. II, 18.

**Cervix**, cervīcis pen. prod. cf. §. 15.

Humano capiti cervīcem pictor equinam.

HORAT. DE A. POET. I.

**Chamaepĭtys**, pen. corr. χαμαιπῐτυς.

*Ἡ χαμαιπῐτυος βλαστημονος αμμιγα κωνοις.*

NICAND. ALEX. 561.

**Chemōsis**, pen. prod. χημωσις. cf. §. 23.

**Chlorōsis**, pen. prod. χλωρωσις. cf. §. 23.

**Choăna**, pen. corr. χοανη a χεω fundo. cf. §. 10.

*Φυσαι δ'εν χοανοισιν εεικοσι πασαι εφυσων.* HOM.

**Choledŏchus**, pen. corr. χοληδοχος a χολη, bilis et δεχομαι, sumo. cf. §. 6.

**Cholĕra**, pen. corr. χολερα a χολη, bilis. cf. §. 5.

Noxia sis penitus cholĕram saevire venena.

Q. SEREN.

**Chorea**, penultima anceps, χορεια et χορεα.

Ad numerum motis pedibus duxere chorēas. OVID.

Pars pedibus plaudunt chorĕas et carmina dicunt.

VIRGIL.

Chrysolĭthus, pen. corr. a χρυσος, aurum, et λιθος, lapis.

Ο δε χρυσολιθω δεμας αυτην Εικελος εις ιδεειν.

LITH. 293.

Auro chrysolĭthus micat et scintillat ut ignis.

MARBOD. DE GEMM.

Chrysochlōrus, pen. prod. χρυσοχλωρος. cf. §. 6.

Cicāda, pen. prod. cf. Voss. etymol. latin.

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicādae.

VIRGIL.

Cicūta, pen. prod. cf. OVID. DE ART. AMAND. III, 465:

Et dare mista vino tritis aconīta cicūtis.

Cinnabăris, pen. corr. κινναβαρι. cf. PLIN. XXXIII, 7. Voss. ETYMOL.

Sunt igitur styracem inprimis cinnabărimque.

FRACAST. SYPHIL. II. 97.

Cinnamōmum, pen. prod. κινναμωμον. cf. §. 6.

Cinăra, pen. corr. κιναρος. cf. §. 13.

Hispida ponatur Cinăra, quae dulcis Jaccho.

COLUMELL.

Clemătis, pen. corr. κληματις. cf. BECKM. LEX. BOTAN.

Clitŏris, pen. corr. κλειτορις. cf. §. 6.

Clyster, clystēros, pen. prod. κλυστηρ, ηρος. cf. §. 5.

Πολλακι δ' εν κλυστηρι νεον γλαγος οιος αμελξας.

NICAND. ALEX. V. 139.

Coccyx, coccy̆gis, pen. prod. κοκκυξ, κοκκυγος. Pronuntiandum igitur est: Os coccy̆gis.

Η αυτους κοκκυγας εριναδος, οι τε προς αλλης.

NICAND. THER.

Cochlĕar, pen. corr. cf. §. 3.



Sed cochlĕar trinum gustu tibi sufficit uno.

Q. SFREN.

Coenaesthēsis, pen. prod. a κοινος communis et αισθησις, sensus. cf. §. 22.

Conifĕrus, pen. corr. v. c. plantae conifĕrac. cf. §. 19.

Concăvus, pen. corr.

Inter continuos cruratur concăva montes

CALPURN. SICUL. VII, 32.

Conīum, pen. prod. κωνειον. cf. §. 5.

Και τε συ κωνειου βλαβοεν τεκμαιρετο πωμα.

NIC. ALEX. 185.

Coremorphōsis, pen. prod. κορημορφωσις. cf. §. 23.

Cory̆lus, pen. corr. κορυλος.

Phyllis amat cory̆los, illos dum Phyllis amabit.

VIRGIL.

Cory̆za, pen. prod. cf. §. 4.

Ad fauces branchus, ad nares esto cory̆za.

SCHOL. SALERNIT.

Cotylēdon, pen. prod. κοτυληδων. cf. PLIN. 25, 13.

Εκθλιψαντα πορειν κυαθου κοτυληδονα πληρη.

NIC. ALEX. v. 547.

Cotyledŏnes, pen. corr. κοτυληδονες. cf. §. 6.

Cubĕba, pen. corr. quia Actuario et aliis Graecis recentioribus appellatur κουπεπερ, κομβεβα et κομβεβαρ.

Cucūlus, pen. prod. κοκκυξ, ῦγος. cf. §. 14., BLANCARD. LEX. MED. et VOSS. ETYM. LATIN. LING.

Cessisset magna compellans voce cucūlus.

HOR. SATYR. I, 7.

Certe spurius ille versus Ovid. in Philomel. esse videtur:

Et cucŭli cuculant fritinnit rauca cicada.

**Cucŭmis**, pen. corr.

Caeruleus cucŭmis, tumidoque cucurbita ventre.

PROPERT. IV, 2.

**Cucurbĭta**, pen. corr. cf. BERNH. HANDB. D. BOTAN.

**Cumīnum**, pen. prod. κυμῖνον. cf. §. 11.

Rugosum piper, et pallentis grana cumīni.

PERS. SATYR. 5.

**Curcŭma**, pen. prod. Vocabulum enim est deducendum a κουρκουμα, ab inaequalitate radicis, lupatis equorum similis. cf. HESYCH., BLANCARD., BORRICH., BOD. A STAPEL.

**Cuscŭta**, pen. prod. κασσυθα. cf. BECKM. LEX. BOT.

**Cyanōsis**, pen. prod. κυανωσις a κυανος coeruleus. cf. §. 23.

**Cyănus**, pen. corr. κυανος. cf. §. 10.

Transeat instabiles strenua Cyăneas.

OVID. TRIST. I, 9.

Κυανεας οθι μυθος αναιδεας ειν αλι πετρας. DIONYS.

**Cyclămen**, pen. corr. κυκλαμις.

Ορμινοντε και ευρυσιμον κυκλαμις θ' ιοειδης. ORPH. 915.

**Cyclamīnum**, pen. prod. κυκλαμῖνον. cf. §. 11.

Και γεραον πωγωνα και ευτραπεας κυλαμῖνον.

ATHAEN. LIB. 15.

**Cymīnum**, pen. prod. cf. §. 11. κυμῖνον.

Εν δ' αθερει γενεος καρπον κορσαιο κυμῖνον.

NIC. THER. 601.

**Cynosbătos**, pen corr. κυνοςβατος a κυων, canis et βατος, rubus, i. e. rubus caninus.

Αλλ ου συμβλητ' εν τι κυνοςβατος ουδ' ανεμωνα.

THEOCRIT. IDYLL.

**Cypērus**, pen. prod. κυπειρον. cf. §. 5.

Ηε φαλοζωοιο κυπειριδος ηε κυπειρον. NIC. ALEX. 604.



Emicuere rosae, violaeque et molle cypērum.

PETRON. 127, 9.

**Cyphōsis**, pen. prod. κυφωσις. cf. §. 23.

**Cytĭsus**, pen. corr. κυτισος.

Florentem cytĭsum et salices carpetis amaras.

VIRG. ECLOG. I, 79.

Ται μεν εμαι κυτισον τε και αιγιλον αιγες εδονται.

THEOCR. V, 128.

**Dacryolĭthus**, pen. corr. a δακρυον, lacrima, et λιθος lapis. cf. Chrysolĭthus.

**Delphīnus**, pen. prod. δελφιν, ινος.

Ως αρα και δελφῖνες εοις παιδεσσι τοκηες.

OPPIAN. HAL. I, 684.

Delphīni fugient pisces, aquilae ante columbas.

VALER. CATON. DIRAE. 5.

**Derīvans**, pen. prod. a rīvus v. c. methodus derīvans.

Derīvare queunt animum, curaque levare. LUCRET.

**Diabētes**, pen. prod. διαβητης a δια, per, et βαινω, eo. cf. §. 5.

**Diabrōsis**, pen. prod. διαβρωσις. cf. §. 23.

**Diachȳlon**, pen. prod. διαχυλων v. c. emplastrum diachȳlon.

Ημυνεν και χυλος αλις κυμβησι ροφηθεις.

NICAND. ALEX. 389.

**Diagnōsis**, pen prod. διαγνωσις. cf §. 23.

**Dialȳsis**, pen. corr. διαλυσις. cf. §. 25.

**Diaphorēsis**, pen. prod. διαφορησις. cf. §. 22.

**Diapedēsis**, pen. prod. διαπηδησις. cf. §. 22.

**Diathě[illegible]** [illegible]rr. διαθεσις. cf. §. 22.

**Dicrŏtus**, pen. corr. *δικροτυς* a *δις* bis et *κροτεω* pulso.

**Diōdon**, pen. prod. *διωδων* a *δις* et *οδους* dens. ut *χαλκωδων* a *χαλκος*, aes, et *οδους*. cf. **Leontōdon**.

**Diospȳros**, pen. prod. *διοςπυρος* i. e. triticum Jovis.

**Diplŏe**, pen. corr. *διπλοη*. cf. §. 6.

*Πυκνος επεμφερεται τα δε διπλοα δερπεται οσσοις.*
Nic. alex. v. 28.

**Dipsăcus**, pen. corr. *διψακος* a *διψαω* sitio, quod in concavo foliorum sinu ros et aqua subsistant. cf. Plin. 27, 9 et §. 8.

**Distŏma**, pen. corr. *διστομα* a *δις*, duo et *στομα*, os. cf. §. 6.

**Diurēsis**, pen. prod. *διουρησις*. cf. §. 22.

**Doronĭcum**, pen. corr. ut dantonĭcum, Betonĭcum, cf. Vaillant. Memoir. de l'acad. d. scienc. 1719. Linneus hanc vocem perperam deducit a *δωρον* et *νικη*; tum vero produci deberet. cf. §. 9. Beckm. lex. botan.

**Drosĕra**, pen. corr. *δροσερα*, roscida, rorulenta. cf. Linn. flor. lappon p. 177.

*Τυ ουπω υπερ δροσεροιο γενειου.* Orph. 225.

**Ebĕnus**, pen. corr. *εβενος* v. c. Diospȳros ebĕnum.

*Ω εβενος, ω χρυσος, ω εκ λευκω ελεφαντος.*
Theocr. XV. 123.

Fert ebĕnum solis est thurea virga Sabaeis.
Virg. georg. II, 176.

**Ebŭlus**, pen. corr. Vox haec vulgo derivatur ab *ευ* et *βουλη*, consilium, quia bene consulat aegro. Blancard. lex. med.

Sanguineis ebŭli baccis, minioque rubentem. Virg.

**Echīnops**, pen. prod. ab *εχῖνος*, aculeus et *ωψ*, facies.

Univ. Bibl. München



**Echīnus**, pen. prod. *εχῖνος*. cf. §. 11.

*Η ελαφον νηδυν, την δη καλεουσιν εχῖνον.* Nic. ther. 579.
Cortice deposito, mollis echīnus erit. Martial.

**Elēmi**, pen. prod. ex Elemni, Elemmi, Elēmi. cf. Borrich. ling. pharm., Beckm. lex. botan., Blanc. lex. med.

**Embrȳo**, pen corr. *εμβρυων*, ab *εν*, in et *βρυω*, germino.

*Παντα κατα μοιραν και υπ εμβρυον ηκεν εκαστη.* Homer.
Pulegio admixto venit embrȳo nectus aceto.
Q. Seren.

**Emĕsis**, pen. corr. *εμεσις*. cf. §. 22.

**Emmenagōga**, pen. prod. *εμμηναγωγα* ab *εν*, in *μην* mensis, menstruatio et *αγωγον* (*αγω*), agens, pellens.

**Emprosthotŏnus**, pen. corr. *εμπροσθοτονος*. cf. §. 6.

**Encheirēsis**, pen. prod. *εγχειρησις*. cf. §. 22.

**Enĕma**, pen. corr. *ενεμα*, ab *εν* et *εω*, *ιημι*, mitto. cf. §. 22.

**Enterorrhăphe**, pen. corr. ab *εντερον* intestinum et *ραφη* sutura.

*Δη τοτε γ' ηδη κειτο ραφαι δ' ελελυντο ιμαντων.*
Hom. od. XXII. 186.

**Entozōon**, pen. prod. ab *εντος*, intus et *ζωον*, animal. cf. §. 6.

**Enūlis**, pen. prod. *ενουλις* ab *εν* in et *ουλον* gingiva. cf. §. 7.

**Enurēsis**, pen. prod. *ενουρησις*. cf. §. 22.

**Ephēlis**, pen. prod. *εφηλις*, lentigo, ab *επι* et *ηλιος*, sol. cf. §. 5.

**Epididȳmis**, pen. corr. *επιδιδυμις*.

*Οι δαρ εσαν διδυμοι, ο μεν εμπεδον ηνιοχευεν.* Hom.

**Epigȳne**, pen. corr. ab *επι* et *γυνη*. cf. §. 20.

Η δ' ἀεκουσ' ἁμα τοισι γυνη κιεν αυταρ Ἀχιλλευς.
HOMER.

Epiphy̆sis, pen. corr. επιφυσις. cf. §. 25.

Epūlis, pen. prod. επουλις ab επι, in, et ουλον, gingiva. cf. §. 7.

Erīca, pen. prod. ερεικη. cf. §. 5.

Βοσκομεναι θυμα ποσσι και ανθεμοεσσαν ερεικην.
NICAND. ALEXIPH. 452.

Ericērum, pen. prod. ερεικηρον. cf. §. 5.

Erigĕrum, pen. prod. ηριγερον ab ηρ, ver, et γερων, senex, unde senecio dicitur. cf. Blancard. lexic.

Errhīna, pen. prod. ερρῖνα ab εν, in, et ρις, ρῖνος, nasus. cf. antirrhīnum.

Erūca, pen. prod. cf. §. 8.

Nec minus Erūcas aptum est vitare salaces. OVID.

Erysipēlas, pen. corr. ερυσιπελας ab ερυθρος, ruber, et πελας, prope, densus. cf. §. 5. cf. Voss. etym. lat.

Eschăra, pen. corr. εσχαρα ab εσχαροω, crustam induco.

Οσσαι μεν Τρωων πυρος εσχαραι ουσιν αναγκη.
HOM. IL. X, 418.

Evony̆mus, pen. corr. ευωνυμος ab ευ, bene, et ονομα, nomen.

Γεινατο δ' Ἀστεριην ευωνυμον, ην ποτε Περσης.
HESIOD. Θ, 405.

Exanthēma, pen. prod. εξανθημα ab εξ et ανθεω, floreo. cf. §. 22.

Exĕdo, pen. corr. in edo enim penultima brevis. Pronuntiandum igitur est: herpes exĕdens.

Sive calens febris jactatus exĕdit artus.



Exostōsis, pen. prod. εξοστωσις. cf. §. 23.

Exstăsis, pen. corr. ab εξιστημι, graviter deliro. cf. §. 21.

Farfăra, pen. corr. Nomen Tussilaginis a Farfăro fluvio. cf. §. 13.

Namque tulit praeceps et amoena Farfărus umbra,
OVID. METAM. XIV, 330.

Farīna, pen. prod. cf. §. 11.

Quae postquam in tetram fuerit transversa farīnam.

Febrifŭgus, pen. corr. a febris et fŭgare i. e. pellere.

Ferŭla, pen. corr. cf. §. 14.

Florentes ferŭlas et grandia lilia quassans.
VIRG. ECLOG. X, 25.

Filix, filĭcis, pen. corr. cf. §. 15.

Qui latitans filĭcis sub tegmine callidus auceps.
NEMESIAN. AUCUP. III, 2.

Formīca, pen. prod. cf. §. 9.: μυρμηξ, μυρμηκος.

Curculio atque inopi metuens formīca senectae.
VIRG. GEORG. I, 186.

Fraxĭnus, pen. corr. cf. §. 11.

Fraxĭnus in silvis pulcherrima, pinus in hortis.
VIRG. ECLOG. VII, 65.

Galactophŏrus, pen. corr. γαλακτοφορος a γαλα, lac, et φερω, fero. cf. §. 6.

Galbănum, pen. corr. χαλβανη. cf. §. 10.

Χαλβανη, ακηστις τε και η πριονεσσι τομαιη.
NICAND. THER. 51.

Hic ebulum stridet, peregrinaque Galbăna sudant.
LUCIAN. 9.

Gastropŏdes, pen. corr. γαστροποδες. cf. §. 6.

**Gastrorrhăphe**, pen. corr. a γαστηρ, venter, et ῥαφη, sutura. cf. Enterorrhăphe.

**Gelatīna**, penultima producitur. cf. §. 11.

**Gingīva**, pen. prod. cf. §. 12.

Manditur apta rubus gingīvis et bona labris.
Q. SEREN. 236.

**Glycyrrhīza**, pen. prod. γλυκυρρῖζα a γλυκυς, dulcis, et ῥῖζα, radix. cf. §. 4.

Ευρων συν πυκινησιν ολοσχερες εσπασα ῥῖζης.
THEOCRIT. 25, 200.

**Gomphōsis**, pen. prod. γομφωσις a γομφος, clavis. cf. §. 23.

**Gongȳlus**, pen. corr. γογγυλος.

Γογγυλου, εκφαινουσιν ανοιδειοντες οπωρης.
NICAND. ALEX.

**Granātum**, pen. prod. quasi a grano, avi, ātum, are. cf. BORRICH. LING. PHARMACOP., BECKM. LEX. BOTAN.

**Graveŏlens**, pen. corr. in verbo enim olere o breve.

Cecropiumque thymum et grave ŏlentia centaurea.
VIRG. GEORG. IV. 270.

